LIBER USUUM ORDINIS CISTERCIENSIS

Kaisheim oder Stams, Ende 13. Jh. Seite 27r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31256
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



dicetur. nisi forte ipsa hystoria
uel in dominica. l' per septima
nam iam decantata fuerit.

De antyphonis ad magnificat in sabbatis dicendis xli.

Antyphone
uero ueterum librorum
et euangeliorum et epistolarum pauli que ad magnificat dicuntur. i. loquere dne.
cognouerunt omnes. et hec autem
scripta sunt. et fratres confortamini. et consimiles. sabbatum
quibus intytulate sunt. uel ad
magnificat. uel in commemoratione dicantur. Siquis super
fuerint. eo anno dimittantur.
Sique defuerint. ultime repetantur. Quociensciumque autem
aliqua dnicalis missa que in
sua dominica dici non potest.
aliquo priuato die soluitur. et
antyphone de eodem officio
ad benedictus. et magnificat in
tytulate eodem die dicantur.
si tamen in sua dnica dici non
possunt. Quia ante aduentum
et septuagesimam propter
breuitatem temporis aliquando
contingit. Notandum tamen
quod quando pro breuitate
temporis sabbato ante lxx.ma
dicetur ad benedictus antyphona.
dne nonne bonum semen.
ad uesperas eiusdem diei
intermittetur antyphona. colligite. Similiter fiat
de antyphonis nuptie facte
sunt. et deficiente uino. quando
septuagesima kalendas februarii euenerit. Cetere omnes
antyphone dnicales ad benedictus
et magnificat intitulate cum
suis collectis. cum in sua dnica aliqua duodecim lectionum
sollempnitas celebratur.
post benedicamus domino. de laudibus et uesperis. ob commemorationem dominici diei
dicuntur. In nullo tamen sabbato non dicentur. quando
in crastino nichil agetur
de dominica. quod ante
aduentum continget. et cum
unum dnicale officium
duas tenet ebdomadas. tunc
enim antyphone illius officii secunda non repetuntur dominica. si in ea duodecim lectionum sollempnitas celebratur. **De festis sanctorum que dnicis diebus l' in ascensione**

27